



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Indvstria Spiritvalis

Spee, Friedrich von

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-43756)






31/72

W. G. Kessel

20.10.1820



ASER

1712


Neotraditum
INDVSTRIA
SPIRITVALIS,

IN QVA MODVS TRADITVR
PRÆPARANDI SE AD CONFESIONEM
aliquam plurimorum annorum, ita vt intra spa-
cium duarum horarum, paratus quis esse possit,
vel à centum annis confiteri, etfi Calamum non
attingat, & id acuratè, sine periculo culpabilis
omissionis peccatorum mortalium, dummodo
seriò & sincerè fiant quæ præ-
scribuntur.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud MICHAELEM DEHMENIUM
Bibliop. sub signo nominis I E S V.
Anno M.DC.XXXIX.

*Bibliotheca Capucina
Waghenfeldy*





REVERENDISSIMO IN CHRISTO
Patri atque Amplissimo
Domino,

D. IOANNI Münch
CELEBERRIMI MONASTERII
S. NICOLAI IN BRAUWTLER,
Ordinis S. Benedicti Abbati dignissi-
mo, Domino & Patrono suo
obseruandissimo.



*Ecce sensit magnus ille Grego-
rius, dum sacrificium nullum
Deo gratius esse dicit Zelo ani-
marum, de eiusmodi sacrifi-
cis & Zelatoribus praxidit ac
prouidit Ecclesie sue semper Deus benedictus,
eius Sponsus, Pastor & Pater, hocq; sine tot si-
bi sacratos excitauit ordines, inter quos mi-
nimus iste noster Grex Seraphicus à Patre suo
* 2 edoctus;*



edoctus; non sibi soli viuere, sed & alijs proficere, vt sciant mortales, quæ sit voluntas Dei bona, perfecta & beneplacens, ea est sanctificatio nostra.

Quem Zelum magni nostri Elie Sancti Patris Francisci imbiberunt filij & Nepotes filiorum Antonij Paduani, Bonauentura, Ludouici &c. adeo exestuantis diuini amoris igne, imo quasi ebrij musto deifica charitatis, vt multi pro salute proximorum vitam & sanguinem re, omnes voto fuderint. Hiscè sanctissimis viris mihi facem præferentibus post limina ipsos secutus, volui, & si non affectu simili, suppari tamen, solaq; intentione honoris Dei & Zelo salutis animarum, spiritali quandam dare industriam, quæ praxis facillima ostenditur breuiusculo tempore ad Confessionem plurimorum annorum.

Vestra igitur Reuerendissima Dominationi post Deum spiritualis huius industria opusculum dedicare & offerre volui, ac debui, tum, quia vt Deo, sic Reuerend. Dominationi Vestre gratissimum scio hoc Zeli
anima -

animarum sacrificium, tum, quia ex postula
 bant magna & multa in ordinem nostrum
 Seraphicum congesta beneficia & merita,
 quibus & ego allectus supplex ad Reuerendis-
 simam Dominationem Vestram venio, hoc
 enixè rogans, vt zelum zelantis serui sui
 aequi consulat, eaq; verè paterna protectione
 & Clementia, quã solet Ordinem nostrum
 sibi commendatum habeat, nos in eo toti-
 erimus, vt talem tantumque Dominum ac
 Patrem, nobis & bonis omnibus Deus bene-
 dictus diutissimè conseruet ac sospitet, Sic
 voueo & ex animo apprecor.

Reuerendis. Amplissimæque Do-
 minationis Vestræ Seruus

F. Christophorus Leutbrower
 Minor. Conuent.



APPROBATIO.

Industriam hanc Spiritualem siue
Praxin Confessionis à F. Christo-
phoro Keutbrevver Ordinis nostri
Presbytero recognitam & auctam, di-
gnam iudico, quod recudatur, & ad in-
formandas dirigendasq; pœnitentium
conscientias, luce donetur. Actum
24. Febr. Anno 1634.

*Fr. Benedictus Lamberti SS. Theol. Doctor,
& Minor. S. Francisci Conuent. per
Prouinciam Coloniensem Minister.*

IN-



*Pasce oves meas. Ioan. 21.
 Tibi dabo claues regni caelorum Ec. Mat. 16.
 Herm Esser scz.*

I N S T R V C T I O

diligenter notanda &
obseruanda.

PECCATOR plurimorum annorum,
cuius iniquitates supergressæ sunt
caput eius, si tandem aliquando per
poenitentia Sacramentum iustificari
desideret, & pœnas euadere sempiter-
nas certissimò sibi præparatas, necesse
est omninò vt in punctis quatuor qua
hic immediatè subsequuntur, se exami-
net, vtpotè, sine quibus impossibi-
le est apud semel offensum
Deum in gratiam
redire.

Itaque

5
Itaque examinet vt sequi-
tur.

P R I M O.

AN reuera ex animo doleat, quod
summam illam & infinitam Ma-
iestatem Diuinam suis peccatis offen-
derit. Quippè cum hunc solum in fi-
nem conditi simus vt Deum nostrum,
dum hic viuimus, perpetuò laudemus
ac reuereamur, eiq; tanquam supre-
mo omnium Domino, homagium
præstemus, nedum, vt eum incessabili-
ter offendamus, mandata eius abijcia-
mus, conculcemos, & non magis eius
Maiestatem, quam vilissimi ali-
cuius homuncionis im-
perium cure-
mus.

* 5

SE-

SECUNDO.

AN ita detestetur, oderit, & auer-
tat se à peccatis suis , atque ad
Deum suum iterum se conuertat , vt
intuitu Maiestatis eius , iam ab hac ho-
ra , & momento renunciēt illis in æter-
num , ac firmissimè iam , & absolutissi-
mè resoluerit sese hæroica resolutione,
deinceps tota vita sua nullum amplius
peccatum mortale admittere, sed reue-
ra Diuinam Maiestatem suam , pro ab-
soluto legislatore, ac Domino agno-
scere, eiusq; mandata , quoad fragilitas
humana patitur, obseruare. In specie
verò examinet id quisque circa certum
aliquod peccati genus, cui ipse qui-
dem se maximè inter alia
deditum esse
nouit.

TER-

6

TERTIO.

AN occasiones peccandi, quas proximas vocare solemus, sine quibus impossibile est, peccata mortalia cauere, vt si quis (verb. gr.) pellicem domi retineret, si quis item haberet officium, quod sine peccato mortali exercere non posset, & si quæ sunt similia, velit tollere, & abdicare. Tollenda enim & abdicanda planè sunt talia, etiam si ipse indè in extremas huius vitæ misérias, & inopiam deuenturus esset. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Huc quoque spectat, An si quos possidet libros aut picturas prohibitas, aliaue peccandi instrumenta, ea omninò amouere velit, ne vel sibi, vel alijs nocumento esse possint. Spectat huc etiam, An si quod hactenus odium fouerit, illud velit deponere, & iuxta Christi præceptum,

ceptum, Matth. 5. fratri se se suo, quem
læsit, reconciliare?

Q V A R T O.

AN, si potest, velit restituere fa-
mam & honorem, quibus siue
vera, siue falsa de ijs narrando, de-
traxit?

Item, si potest, an rursus in amici-
ciam copulare, si quos, discordias semi-
nando, dissociavit?

Item, si potest, an velit restituere in-
iusta & aliena bona, si quæ habet, item-
que creditoribus suis satisfacere, & a-
lijs in præterito, seu in præsentia causata
damna resarcire &c. Quippe cum di-
mitti nequeat peccatum, nisi restitua-
tur ablatum.

Item, si sit persona Ecclesiastica, an
velit legere suas horas canonicas, etsi
simoniacè habet beneficium, aliter de
eo disponere, in quibus omnibus rebus
à Confessario dirigi poterit. Porro igitur
tur

tur in his examinandis, si quis est, qui in istis punctis deficiat, ita, vt penitus resolutus non sit, aliam omninò viuendi rationem instituere, talem scilicet qualem Christus in Euangelio Christianis præscribit, tum is certè, quicquid agat, iustificari aut iuari non potest, quoniam ira Dei manet super eum, quam thesaurizat sibi secundum impœnitens cor suum, vsque in diem reuelationis iusti iudicij Domini nostri Iesu Christi Regnum cœlorum vim patitur. Lex Euangelica mutari non potest, aut pœnitendum est seriò, aut ardendum. Eligat sibi quisque quod videtur.

Sin autem contra, sincerè dolet, & peccatis ex animo in æternum renunciat, & reliqua, quæ prædicta sunt, præstare cupit, is denique iuari, & per merita Iesu Christi, quæ per Sacramenta nobis applicantur, iustificari potest, & à pœnis sempiternis, quarum reum sese fecerat, liberari.

Procedat vltcrius, & sacerdoti loco
 * 7 Dei

Dei constituto, atque ad hoc legitimum, sufficientemque potestatem, ac scientiam habenti, iuxta Ecclesie Catholicæ ritum confiteatur. Viuit Dominus & viuit anima eius, si fuerint peccata sua vt coccinum, quasi nix dealbabuntur, etsi fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Nolo enim mortem peccatoris, ait Dominus, sed magis vt conuertatur & uiuat.

Qua in re cum experientia quotidiana didicissem, multos subindè generalem, aut alioquin intricatam plurimorum annorum, ac totius vitæ confessionem solere refugere, aut differre, ob eam, quam in præparando sentiunt, difficultatem, vt vel his quoquè consulerem, & infirmitatem, industria aliqua subleuarem, sequentem eis praxin. proponere statui, quam si obseruent, sinè vlla prorsus difficultate præparare sese breuissimo tempore poterunt, sic etiam, vt sinè scripto & quidem accurate

rate

8
rate confiteantur, esto calamum non
attingant.

Tantum o anima peccatrix, vide
quomodo serio poeniteas, & quam læ-
sisti infinitam Maiestatem, dum tem-
pus adhuc gratiæ tibi suppetit, placa-
tam tibi reddas, & penitus reconcilies.
Iterum tibi dico, iterum inculco.
Aut poenitendum est serio, aut ar-
dendum: si deficis in quatuor pun-
ctis supra positis, & quidem vel in
vno, nihil agis, frustra sunt omnia,
absolui non potes, ne quidem, si vel
omnes mundi Sacerdotes, te millies
absoluant. Nouit Deus, & Pater Do-
mini nostri Iesu Christi, quot non
mentior, veritatem tibi dico, si qui ali-
ter te docent, ij mentiuntur, & te in in-
teritum deducunt. Sed quam multi
sunt, qui hæc non considerant, & vel
in peccatis penitus obsurdescunt, vel si-
ne serio melioris vitæ proposito, leuiter
ad Sacerdotem currunt, & quasi id sit
fatis

fatis, peccata sua ad longum recitasse,
ad eandem viuendi normam redeunt,
atque in eodem vitiorum luto, se ob-
uoluunt vt non immeritò in Apoca-
lypsi canat Angelus, terribili illa tuba.
VÆ. VÆ. VÆ. hominibus habitanti-
bus super terram.

P R A X I S H V I V S industriæ,

TOta igitur industrię nostræ praxis
in sequentibus consistit. Nam ita
te præparabis.

P R I M O.

FLecte genua, & inuoca humiliter
auxilium Spiritus Sancti, B. Virgi-
nis Mariæ, & Angeli Sancti tui custodis
&c.

SE.

SECUNDO.

Percurre obiter flexis genibus in conspectu Dei, per dimidium circiter, aut totum horæ quadrantem, loca, in quibus ab ineunte ætate vixisti, studia & officia quæ tractasti, personas, quibuscum habitasti, egisti, &c. & tanquam rudi ac generali mentis quodam intuitu, qualem vitam duxeris perstringe: id iuuabit, vt deindè cum ad tabellas, de quibus mox dicam perueneris, faciliùs tibi, quæ deliqueris, occurrant.

TERTIO.

Surge à genuflexione, & ad mensam assidens, tabellas illas quæ post paucula ab hinc folia sequuntur, ob oculos tibi pone inuenies ibi per singulas quasi cellas diligenter annotata, pleraque
omni-

omnium peccatorum genera, quibus homines contra Dei præcepta peccare consueuerunt. Igitur in his tabellis, singulas cellas percurre ordine, & examina, an in singulis te culpabilem inuenias, facile id conscientia & materia dictabit, si non inuenis, nec occurrit aliquantulum cogitanti, transi sine scrupulo, fecisti enim quod in te est, non sis ultra sollicitus; si inuenis autem, tum cultello, quem ad manum habere oportebit lingulam istius cellæ eleua versus manum tuam dexteram, ita vt ea lingua emineat supra agglutinatum ibi album marginem.

QVARTO,

Cum his tabellis accede ad sacerdotem & incipiens à primo præcepto, lege ordine quæ ibi habes & illa peccata, quæ exempta lingula annotasti, confi-

10
confitere Nec est opus quicquam im-
mutare dummodo subindè, vbi inter-
ruptio magna facta fuerit solummodo
dicas. Confiteor præterea me &c.

Q V I N T O .

Peracta verò confessione, recipite
iterum in cubiculum, & assumpto
cultello exemptas linguas omnes in
suum quamque locum, ordine resti-
tue.

Ecce praxin: quid facilius? quid ex-
peditius?

D V B I A N O N N V L L A breuiter expedita.

Qværes primò. Quid si in exami-
nandis tabellis dubitem subindè,
an hoc vel illud fecerim aliquando,
nec ne?

Respon-

Respondeo. Si dubitas, non tanquam certum confiteri debes. Itaque cum in confessione eò perueneris, & id dixeris subiunge, De quo tamen dubito, &c.

Quæres secundò. Quid de numero peccatorum fiet, quomodò eum in his tabellis annotabo?

Respondeo. Cum peccata in tabellis notas, tum similiter cogita, quoties circiter hoc vel illud commiseris, vt v. g. forte quinquies aut sexies, plusquam millies, vicibus innumerabilibus vel quotannis, quanto tempore, in hoc vel illo hæseris, quoties circiter de die committere consueueris &c.

Nam ita fiet, vt si tum, cum te præparas utcumque & circiter aliquid de numero apud te statueris, id tibi postea in ipsa confessione, sinè vlla difficultate, etiam si non scripseris, aliteruè notaueris, occurrat. Neque verò in hac re possibile est, extremè accuratum esse, dic quantum potes, & putas, ac occurrat, id satis est, plus non exigitur.

Quæ-

11
Quæres tertio. Quid de circumstan-
tijs, quæ in quibusdam peccatis sunt ad-
dendæ.

Respondeo. Relinqui id potest pru-
dentia Confessarij, qui ubi opus erit,
satis ipse quæret & exiget, quam obrem
etiam prudentem aliquem, & sufficien-
ter in isto foro expeditum & peritum
eligere oportebit, & rogare quoque, si
diffidas, ut is, ubicunque res postulare
videbitur, defectibus tuis supplendis
advigilet.

Quæres quarto. Quid si in quibus-
dam paulò aliter exprimendum mihi
meum delictum videretur, quam in his
tabellis annotatum est, ita ut non nihil
mihi videretur esse mutandum.

Respondeo. Si aliquid subindè mu-
tandum tibi & aliter exprimendum vi-
debitur, age sanè, fiat ita, adde, deme,
muta, exprime proutcunque voles,
dum tibi satisfacias, alioquin vix puto
opus esse phrasis mutare, nisi quod in
præcepto sexto, ob certas rationes ma-
lui

hui nihil præscribere, sed tantum anno-
tatis punctis, tibi deinde permittere, ut
tuismet verbis explices, si quid circa
puncta singula illius præcepti tibi com-
missum occurrat.

TABELLÆ CON-
fessionis.

Confiteor Deo Omnipotenti, B.
Marię semper virgini, B. Michaëli
Archangelo, B. Ioanni Baptistę, Sanctis
Apostolis, Petro & Paulo N. omnibus
Sanctis & tibi Pater, quia peccaui nimis
cogitatione verbo & opere, mea culpa,
mea culpa, mea maxima culpa.

Doleo enim ex animo, magisque do-
lere desidero, quod vnquam creato-
rem meum, ac Dominum offenderim
& in signum doloris huius, omnia pec-
cata mea, quantum recordari poterò,
exterior ore confitebor, ad gratiam hu-
ius Sacramenti obtinendam.

Itaq; confiteor, contra pleraq; Dei
præcepta deliquisse & in spe-
cie quidem contra.

PRÆ-



S. Maria Magdalena.

Herman Esser exc.

P R A E C E P T V M
primum.

Confiteor imprimis nesciuisse me,
aut non satis cogitasse, quod ad
hunc solum finem à Deo creatus, ac na-
tus essem, vt eum in hac vita, ac dein-
ceps ex toto animo, ex toto corde, to-
to corde, totis viribus, laudarem, cole-
rem, amarem, ipsique seruirem. Vnde
factum est, vt nihil minus cogitauerim
quam omnia mea ad ipsius laudem,
cultum & seruitium dirigere, ipsumq;
semper laudare.

Præterea verò confiteor me &c.
vt sequenti pagina ha-
betur.

IN

IN hæresi vixisse.

Hæresin exterius simulasse.

Exterius verbo tātū fidē negasse.

Alios hæresin docuisse.

Hæreticos defendisse, Fouisse.

In pertinacia fouisse, Cōfirmasse.

Ob temporale aliquod commo-
dum fouisse.

Eorū operâ cū scandalo vsū esse.

Cum detrimēto aliorū tolerasse.

Obtaculum eorum conuersioni
posuisse.

Non curasse conuersionem sub-
ditorum

Sententijs hæreticorum fauisse.

Fauisse eorum successibus.

Ad Christianæ reip. statum perti-
nentia iisdem in damnum Re-
ligionis nuntiasse.

Cum hostibus Ecclesiæ noxia
pacta inijsse.

A Eccle-

Ecclesiæ hostibus arma & alia idonea vsui bellico suppeditasse.

Impediuisse Ecclesię propagationem.

Circa fidem dubitasse.

Aliquid non credidisse.

Ritus Ecclesiæ carpisse.

Cum hæreticis sacramenta sumpsisse.

Conciones hæreticorum audiuisse.

Cum periculo cum eis egisse.

Hæreticis sine causa nupsisse.

Prolem hæreticis desponsasse.

Libros hæreticos habuisse, legisse, habere.

Libros hæreticos alijs dedisse, vendidisse.

Libros hæreticos scripsisse, impressisse.

Religionem non curasse.

Re.

Religionē vtilitati politicæ post-
posuisse.

Cū omnibus omnis fidei fuisse.

Quemque in sua fide saluari cre-
didisse.

Nihil planè credidisse.

Ne quidem Deum esse credidisse.

Dubitasse de Deo ac Dei prou-
dentia.

Experiri voluisse, an Deus aliquid
facere aut facere posset.

Miracula temere postulasse.

Ad salutem necessaria non didi-
cisse.

Magicas aut superstitionas artes
didicisse.

Exercuisse, Alios docuisse.

Artes tales curiosè inuestigasse.

Superstitiosa remedia adhibuis-
se, vt contra gladios, febres &c.

Fidem adhibuisse somnijs.

Diuinos cōsuluisse, ijs credidisse.

Diuinare ex vanis & superstitio-
sis voluisse.

Libros superstitiosos aut Magi-
cos legisse.

Tales habuisse, & habere,

Alijs dedisse, Vendidisse.

Scripsisse. Impressisse.

Spem nimiam in homine collo-
casse.

Fidisse nimiū in proprijs viribus.

Fidisse nimium ingenio.

Diuitijs, Nobilitate, Potentia,

Nimium in prosperis elatū fuisse

Nimis deiectū fuisse in aduersis.

In morbo plus corpus, quam a-
nimam curasse.

Medico plus quam Deo confi-
sum esse.

Ad quæuis remedia illicita para-
tum fuisse.

Vel

75

Vel à Dæmone iuuari voluisse, si
Deus nollet.

Nimis fuisse impatientem.

Nimiæ tristitiæ dedisse locum.

Tæduissè vitæ ex impatientia
Male dixisse Natiuitati.

Contra Deum infrenduisse.

De salute, ac misericordia Dei
desperasse

De misericordia DEI præsum-
psisse.

Obstinasse animum in impæni-
tencia.

Cœcum corde factum esse, nec
quicquam amplius sacrum ac
salutiferū intelligere voluisse.

Pœnitentiam in finem reiēcisse.

Bona opera semper distulisse.

Proposita non seruasse.

Deum accusasse.

Contra Deum marmarasse.

Deum blasphemasse.

Deo maledixisse.

Contumeliosè contra Deum locutum esse.

Nocere Deo optauisse.

Doluisse quod id non liceret.

Deum odisse.

Deum abiurasse, Negasse.

Hosti eius Dæmoni se in despectum tradidisse.

Dæmonis auspicijs viuere proposuisse,

Alios eiusdem impietatis locios acciuisse.

Deo addictos persecutū esse nimirum &c.

Oppressisse, Torssisse, Occidisse.

Alios reuocasse à bono.

A cultu diuino.

A religioso statu

A pœnitentia.

Nihil

Nihili curasse amicitiam Dei.

Plus hominibus studuisse placere
quam Deo.

Dum Principi & alijs satisfaceret,
non curasse an Deus offende-
retur, nec ne.

Ob respectus hominum multa
bona omisisse.

Nimum amasse aliquam rem.

Bona opera magis ob respectum
humanum ad propriam lau-
dem, quàm ad honorem Dei
fecisse.

Nimum amasse hominem, e-
quum &c.

De eis dies noctesque cogitasse.

Sacra prophanâ eorum causâ ne-
glexisse.

Penè eos pro Deo coluisse.

In cultu diuino fuisse accediosû,

Tepidum, Ignauum, Negligenté.

Ingra-

Ingratum Deo pro beneficijs.
Rarò mentem collegisse.
Rarò cogitasse de Deo & passione Christi.
Imo vix. Imo nunquam.
Preces omisisse mane & vesperi.
Ante & post cibum.
Preces negligenter perfoluisse,
In ijs voluntariè distractum
fuisse.
Non præmisisse præparationem.
Sub oratione risisse, Nugas exercuisse.
Sub oratione alia tractasse.
Inspirationes sanctas exclusisse.
Nauteasse res sacras.
Nil nisi vanis delectatum esse.
Nil nisi mundana cogitasse,
Non nisi fabulis, ludis, otio tempus impendisse.

Non

17
Nō nisi vana didicisse, Exercuisse

Parum aut nihil de salute sollicitum fuisse.

Nihil de futuris cogitasse.

Non applicuisse animum ad Dei mandata.

Vitam duxisse impiam, atheam, sine lege.

Vixisse instar Epicuri, diuitis Epulonis.

Optasse solam terram: Deo cœlum voluisse sinere.

Optasse sortem pecudum, & omnia impune.

Odisse leges Dei quod carni contrariæ.

Dona Dei proprijs viribus adscripsisse.

Donis Dei malè vsum esse contra Deum.

Propriam laudem & excellentiam quæsisse.

Ad vanā gloriā vniuersa direxisse

Superbia intolerabili fuisse.

Superbisse in vestitu, cultu corporis, ingenio, diuitijs, & similibus.

Ambuisse dignitates ex superbia

Ambuisse dignitates prauo fine.

Loca & honores indebitos occupasse.

Idque per vim, cædem iniuriam, per malas artes, modos illicitos &c.

Vltra statum excessisse in vestitu, Famulatu, conuiujs luxu &c.

Nouas vanitates inuenisse, quæfisse.

Superbè alios præ se despexisse.

Humilitatem alijs exprobrasse

Dignos alloquio non censuisse

Hypocritam fuisse

Nulli cedere voluisse

Nulli

78
Nulli iudicium submittere

Omnia melius scire & intelligere
putasse

Corrigi non tulisse

Noluisse errorem agnoscere

Peccata semper excusasse, De-
fendisse

Benè monentes reiecisse,

Odisse, Impugnasse, Contemp-
sisse.

Concionatores mēdacij arguisse.

Quæsisse laudem ex peccatis

Etiam mortalibus

De peccatis gloriatum esse

Etiam de falsis ne cui cederetur

In peccatis mortalibus admissis
complacuisse

Doluisse, quod non plura com-
missa

Non vitasse occasiones Deum
offendendi.

PRÆCEPTVM SECVNDVM.

Nomen Dei assumpsisse in vanū,
Inter pocula disputasse de rebus
sacris

In irâ & aliàs vsurpasse Sacra-
menta vulnera Christi, San-
guinem & similia.

Idque ex consuetudine

In nominando Dæmone fre-
quentem fuisse

Eum inuocare solere

Ei se & alios vouisse

Dæmonē serio animo inuocasse,
Iurasse sine necessitate & reue-
rentia

Iurasse facere mala

Iurasse nihil facere boni

Iurasse de quo erat dubium

Iurasse falsum scienter

Consuetudinem habuisse facile
iurandi

Nec

19
Nec attendisse, verum an falsum
esset

Malè quod iuratum erat fecisse

Licitum quod iuratum erat non
fecisse

Cōtrauenisse iuramēto sui officij

Iurasse cū proposito nō seruandi,

Honesta promissa non seruasse &
quidē in re graui. nimirum &c.

Promisisse cum proposito non
seruandi.

Vouisse temerè & inconsideratè

Votorum solutionem nimium
distulisse,

Vota non persoluisse, Violasse,
nimirum &c.

Vouisse vana & inordinata vt ie-
iunare in die paschæ

Apostatasse à fide Catholica

Apostatasse ab ordine religioso

Alijs Apostasiæ fuisse causam

B

Res

Res sacras non affecisse hono-
debito

Ad prophanos vsus adhibuisse
res sacras

ad vsus scurriles, turpes,

ad artes magicas, superstitionas

Res sacras contempnisse, Risisse

Ridendas exposuisse

Imagines sacras inhonorasse

Turpasse, Mutilasse,

Ridiculè & indecorè tractauisse

Indecorè de ijs locutum esse

Contumelijs affecisse

Sacras hostias indignis modis tra-
ctasse

Hostibus Chritiani nominis
vendidisse.

Hostium furori non subduxiss

Non decenter asseruasse.

Computrescere & verminare per-
misisse.

Negli

Negligenter tractasse vt in ter-
ram laberetur.

Sacra holtia particulas negligenter collegisse.

Sacrum Calicem euertisse.

Laicis duas species ministrasse.

Supellectilem Eucharistia mundam non curasse.

Loca sacra profanasse.

Templa spoliasse.

Fœdasse.

Sanguinem humanum ibi fudisse

inhonesta in templo patrasse

Etiam sub diuinis

Templa adijisse intentione praua,
scilicet &c.

In templo conuenticula celebraffe

In templo fabulatum esse

In templo curiosè respexisse

Nugas & petulantias exercuisse

Deambulasse

Maximè sub diuinis & eleuatione

Concionatori oblocutum esse

Turbas & tumultum excitasse

Officium turbasse.

Ministrantes inquietasse,

Aliorum deuotionem impedi-
uisse.

Cum excommunicatis commu-
nicasse.

Officium scandalosè cecinisse

Ad cultum diuinum necessaria
non curasse.

Causam dedisse neglecti officij.

Perperam peracti.

Verba aut signa sacra ad vana &
aliena applicasse

Verbis sacris in ioco & ludicris
vsum esse.

Item in scurrilibus, turpibus

In magicis & superstitiosis arti-
bus

E scriptu-

E scripturis, aut facto aliquo Dei,
 aut SS. peccata voluisse defen-
 dere.
 Alium inde ad peccatū animasse
 Verba sacra contra Ecclesiam ex-
 plicasse.
 Textum scripturæ deprauasse
 In Christū & SS. scommata iecisse
 In sacros Chritti Ministros
 seu & aliud quid grauius in eos
 designasse
 Ridiculè de Deo & Sanctis locu-
 tum esse
 Blasphemias effutisse
 Fabulas de Deo & Sanctis nar-
 rasse
 Vergentes in despectum religiosi
 ordinis & sacrorum Christi
 ministrorum.
 Narrantes talia non arguisse
 Vltrò prouocasse.



Cum voluptate audiuisse

Legisse, & habere libellos &c.

Sacramenta contempisse, nimirum

Confirmationem & vñtionem
neglexisse

Liberis & familiæ non curatie

Causam esse, cur alius sine Sacramentis discesserit

Vt sine confessione, Communionem

Sine extrema vñtione

Sacramentum aliquod in peccato mortali suscepisse

Vt puta sacram Eucharistiam

Confirmationem, Ordines sacros

Sacramentum matrimonij

Sumplisse Eucharistiam sine deuotione

Sine preparatione

Com-

22
Communicasse non ieiunum

Communicasse mala intentione.
nempe &c.

Sacramenta in peccato mortali
ministrasse.

Indignis, Indispolitis

Vt matrimonium non confectis,
non Catholicis

Absoluisse nihil in specie confes-
sum

Absoluisse non contritum.

Vt puta retinentem secum pelli-
cem

Nolentem restituere aliena

Vfurarium publicum

Non habuisse rationem aut suffi-
cientem scientiam circa casus
reseruatos, censuras Ecclesia-
sticas

Non monuisse pœnitentem de
restitutione

Non curasse vt pœnitens nume-
rum adderet

Non habuisse rationem circum-
stantiarum

Absoluisse sine iurisdictione

Sacrificasse sine præparatione

Sine requisitis ornamentis sui
&c.

Sacrificasse in peccato mortali

Sacrificasse mala intentione nem-
pe &c.

Sacrificasse sine sufficienti scien-
tia cæremoniarum

In excommunicatione, irregula-
ritate, Interdicto celebrasse

Celebrasse non ieiunum

Celebrasse cum scandalo circum-
stantium

Celebrasse sine licentia in loco nõ
sacro

Sacramenta malè administrasse

Con-

23
Confessum esse sine debita præ-
paratione

Sine sufficienti examine

Sine contritione,

Sine absoluto proposito nunquã
deinceps mortaliter peccandi

Tandem ex respectu humano

Peccatum mortale ex pudore o-
misisse

Aliquot annos, mēses, subticuisse

Peccatum aliquod mortale ita ex-
pressisse vt tamen non fat in-
telligeretur vel audiretur.

Quæsiuisse cōfessariũ minus aptũ

Laxum & remissum

Non satis peritum

Non satis bene audientem

Conscientiã statum ignorantem

Mentitum esse in confessione cir-
ca peccatum mortale

Pœnitentiã iniunctã nõ impleuisse

Contempsisse. Distulisse

Liberius peccasse quia id eâdem
operâ confitendum esset

Remedia contra recidium præ-
scripta non vsurpasse

P R Æ C E P T V M

Tertium.

De festo seruilia fecisse

Seruilia imperasse, Permississe

Dies festos ludis & potationibus
impendisse

Nulla singulari deuotione festa
peregisse

Missam die festo neglexisse

Conciones non frequentasse

Conciones Catechismum con-
tempssisse

Ad salutem vtilia discere non cu-
rassse

Non curassse vt liberi audirent
Missam

Non

24
Non curasse, vt famulitia audi-
rent missam saltem per vices,
aut quoad eius fieri posset

Non misisse liberos ad catechil-
mum

In Paschate non communicasse

Ne semel in anno confessum esse

Aliquot annis confessione & sa-
cris abstinuisse

Non seruasse Ecclesiæ ieiunia

Non seruasse abtinentias

Interdicto tempore celebrasse
nuptias

Celebrasse nuptias clandestinas,
aut sine trina proclamatione

P R Æ C E P T V M

Quartum.

Parentibus,

Superioribus, Dominis,

Magistratui ciuili ac Ecclesiasti-
co,

Præceptoribus,

Hono-

Honorem debitū non præstitisse
Inobedientem fuisse
Ingratum fuisse
Murmurasse contra eos
Eos odisse
Torue at pexisse
Duriter locutum, inuectum esse
Detraxisse, Contempsisse
Dira imprecatum esse
Superbè respondisse
Irrisisse
Ridiculè cognominasse
Reprehendisse, Iudicasse
Grauitor contristasse. Offendisse
Etiam vsque ad ægritudinem
Imò ad mortem
Percussisse
Sustulisse, aut conatū esse facere
Obedisse in rebus illicitis contra
conscientiam
Filios familias seduxisse

Con-

Contra parentes concitasse &c.
 Superioribus noluisse subijci
 Edicta superiorum iudicasse, Ex-
 fibilasse.
 Edicta recipere noluisse vel pro-
 mulgare
 Rebellionem excitasse, Promo-
 uisse, Iuuisse
 In electione magistratus deliquis-
 se, nempe &c.
 Malam electionem direxisse &c.
 In magistratum indigna desig-
 nasse.
 Rebellibus aut bannitis fauisse,
 Bonis consilio, armis iuuisse
 Superiori in puniendis reis resti-
 tisse
 Reum vi eripuisse è manibus iu-
 stitiæ
 Parentes duriter habuisse
 Parentum puduisse

C Paren-

Parentes in necessitate deseruisse

Parentum pecunias malè collo-
casse

Optasse mortem parentum ob
hæreditatem

Non orasse pro defectis

Parentibus,

Benefactoribus, Amicis.

Ingratum fuisse benefactoribus

Malum reddidisse pro bono

Irrisisse, Vexasse senes, afflictos

Et quidem pauperes

Alios ad idem incitasse, Socios
assumpsisse

Filijs & familiæ malè præfuisse

Famulos habere malæ famæ

Famulos habere perniciosæ reli-
gionis

Filios nimis delicatè nutruisse

Omnia connuisse non correxisse
peccantes

Cor.

24
Correxisse filios enormiter

Salutis familiæ, & filiorum curam
non gessisse

Filijs dedisse patrinum hæreti-
cum

Filios hæreticè educari fuisse

Filijs dedisse instructorem im-
probum

Filios ad loca hæretica sine causa
misisse

Filios scandalizasse ac familiam

Ad omnem dissolutionem & ne-
quitiam præiuisse. nempe &c.

Filiarum coniugis honorem pro-
didisse

Sine causa proli hæreditatem ne-
gasse

Iniquè coëgisse patrimonio re-
nunciare

Filijs ex professo maledixisse

Prolem Dæmoni cum cæremo-
nia deuouisse

Lucratione ac profusione suos ad
egestatem redegeisse

Odisse priuignos & malè habuisse

Iracundia, clamore, minis familiã
inquietasse

Idque indies

Cum coniuge non fatis conue-
nisse

In iugi rixa vixisse

Impotenter, aut sine causa zelasse

Indignè coniugem habuisse

Enormiter tractasse, Correxisse

Expulisse, Deseruisse

Debitũ obsequium negasse cum
periculo

Coniugi obsecutum esse in illicitis
contra conscientiam

Coniugi obsecutum esse cum no-
tabili damno valetudinis

Cognatos coniugis non debito
honore profecutum esse

Cogna-

27
Cognatos proprios contra con-
iugem excitasse

Diffamasse coniugem &c.

Commisrarum animarum cu-
ram non gessisse

Malo exemplo & vita scandali-
zasse

Causam fuisse earum perditionis,

In necessitate deseruisse

Aegros non adijisse

Difficilem se suis in omnibus pre-
buisse

Causam fuisse, cur quis sine sa-
cramento obierit. nempe &c.

Vitia commissarum ouium non
satis reprehendisse

Non instruxisse suos sufficienter

Consilium malum dedisse in ne-
gotio conscientiae

Ex inscitia id pronuntiasse pec-
catum quod non erat

Non sufficientem habuisse do-
ctrinam pro statu

Non promouisse suorum deuo-
tionem

Durè & tetricè cum suis egisse,
Absterruisse

Non intruxisse suos in catechis-
mo per se, vel per alios

Subditos nimis durè tractasse

Tyrannicè cum ijs egisse

Præuilegia subditorum sine causa
infregisse

Subditos pro posse nõ protexisse
Illicita onera imposuisse

Non habuisse singularem curam
circa suorum confessionem, &
communione annuam

Non habuisse singularem curam
circa auditionem missæ diebus festis

Subditos supra vires grauasse

Causam fuisse, cur subditi vexa-
rentur

Belis

28
Bellis premerentur

Subditos correxisse supra modum

Malefactores non puniuisse

Iustitiam non administrasse

Iustitiam administrari non curasse

Ad officiales non attendisse

Non condidisse bonas leges ad subditos in officio continendos

In legibus condendis parum ad honorem Dei attendisse

Leges condidisse parum Christianas

Non curasse de religione subditorum

Sine legitima causa hæreticos tolerasse, Admisisse, nec non eorum exercitia

Querelas & supplicationes reiecit.

Distulisse expeditiones cum dam-
no partium

Condemnasse innocentem

Reum cum damno aliorum de-
fendisse, absoluisse &c.

In puniendo magis propriae vin-
dictae quam iustitiae satisfacere
studuisse

Factores.

Processus iniquos suscepisse, Di-
ctasse lucri causa, Partes de eo
non instruxisse

Lucri causa alijs damnum, & mo-
ram injecisse

Ob propriam commoditatem a-
lios distulisse

Corruptiones admisisse

Pro salario plus quam licebat ex-
egisse

Et id quidem à tenuioribus

Non fauisse causis pijs

Non

26
Non studuisse satis pro status &
causæ exigentia

Excogitasse nouas technas ad æ-
qua peruertenda, iniqua sta-
tuenda

Mala consilia & damnosa Princi-
pibus dedisse

Et inde mala secuta esse, nimi-
rum &c.

PRÆCEPTVM
Quintum.

De alijs in re graui malè suspica-
tum esse

Temerè alios in re graui iudi-
casse

Facilè omnia in deteriozem par-
tem explicasse

Omnia aliorum iudicasse & car-
psisse

Morosum & Impatientem fuisse

Nihil plane pati voluisse

Ira facile commotum esse

Ex ira in clamores erupisse

†

Rixatum esse

Quicquid in buccam venit, fal-
sum seu verum dixisse

Contumelias alijs dixisse

Dira imprecatum esse

Optasse alijs mortem

Etiam aeternam

Ex ira irrationabilibus animalibus
maledixisse

Infrenduisse, quod vindicare non
liceret

In innocentes iram conuertisse

Inuolasse, Verberasse, Læsisse

In seipsum rabiem conuertisse

Vitæ propriæ nocumentum in-
ferre cogitasse ex ira; ex mœrore

Fouisse cogitationes morosas
vindictæ

Modos

Modos vindicandi excogitasse
 Odium diuturnum fouisse
 Petentibus veniam noluisse igno-
 scere
 Noluisse reconciliari
 Alios vexasse
 Contumeliosa nomina alijs im-
 posuisse
 Cum alijs pugnasse
 Alios verberasse
 Læsisse alios
 Alios mutilasse
 Et quidem clericum
 Superiorem, Fratrem &c.
 Saltem Voluntate, Consilio &c.
 In alium indigna designasse, vi
 conspuisse, luto turpasse &c.
 Alios ad pugnam incitasse
 Prouocasse ad duellum
 Duellasse

Duel-

Duellum spectasse

Duellum permisisse

Ad duellum iuuisse

Arma minitrasse

Duellantes incitasse

Non impediuisse

Exsibilasse non comparentem

Odisse disturbantem & impedi-
dientem illicita

Eum persecutum esse

Aliquem quæsiuisse occidere

Quæsisse id per alios

Idque longo tempore

Homicidium fecisse

Imo parricidium

per alium id executum esse

Apertè, Occultè, Vi, Veneno &c.

Homicidam, Consilio, Fauore,
Conniuentia iuuisse

Alijs serio mortem optasse,

Gauisum esse de ea

Detra-

Detraxisse alijs
 Viris magnis
 Religiosis magnæ opinionis
 Toti ordini & quidem celebri
 Reipublicæ familiæ &c.
 Narrando vera
 Narrando falsa
 Detractores libenter audiuisse
 Confirmasse detractores & adiu-
 uisse
 Libellos famosos edidisse,
 Libellos famosos impressisse, Di-
 straxisse, Suasisse
 Pasquillos & similia sparsisse,
 Composuisse
 Nihil boni proximo tauisse sed
 mala
 Gausum esse de malo proximi
 Contrittatum esse de bono pro-
 ximi
 Inuidisse alijs gratiam diuinam

D Vir-

Virtutes, Sanctitatem &c.

Charitatem, Concordiam

Laudes aliorum cum dolore au-
diuisse

Conatū esse aliorum peccata imi-
tari audito eorum felici successu

Conquestum esse de Deo, quod
malis benè, bonis contra in hac
vita accideret

Sufurronem egisse

Discordias seminare voluisse

Eriam inter coniuges, Fratres &c.

Causasse discordias & rixas

Dissolutionem amicitiae

Etiam inter coniuges, Fratres &c.

Causasse litem, Iniuriam, Cædes

Turbasse pacem publicam

Causasse bella

Belli finem noluisse

Bella nutruisse, Ductasse, Finem
impediisse

Deser-

32
Deseruisse iniuriam patientes

Oppressisse pauperes, Viduas, &c.

Causas pauperum reiecisse, Distulisse

Peregrinos malè tractasse,

Etiã qui sacras peregrinationes obibant

Itinerantes decepisse

Vias intutas reddidisse, itinera obsedisse

Latrocinia exercuisse

Concussiones fecisse

Itinerantes spoliasse

Socios facinoris adseruisse

Latronibus & prædonibus, huiusmodi auxilio fuisse, Receptasse

Immisericordi animo fuisse

Factis & verbis asperum & durum

Erga Captiuos, Afflictos

D 2

Erga

Erga Proximum , pauperes &
viduas

Dum mihi benè , non curasse,
quibus malè

Charitatem proximo & indigen-
ti non præstitisse

In necessitate positos non iu-
uisse

Nemini ex animo condoluisse

Eleëmofynas pro statu non fe-
cisse

Eleëmofynas non ex Christiana
commiseratione , sed ex respe-
ctu humano ac vano erogasse.

Animæ quoq; proximi nocuisse

Proximum ad peccandum sæpe
induxisse

Noxias doctrinas inuenisse

Non impediisse peccata aliorum

Alios laude vel vituperio ad pec-
candum animasse.

Non

Non curasse, vt quos è baptulmo
 suscepissem, discerent necessa-
 ria ad salutem
 Gulæ ac ventri deditum fuisse
 Nil nisi delicias quæsisse
 Nouas conatû indies excogitare
 Præmia posuisse nouis volupta-
 tum inuentoribus
 Nimio cibo se infartisse
 Nimia intemperantia valetudini
 nocuisse
 Modum in bibendo excessisse
 Fuisse ebrium
 Fuisse ebriosum
 Dies, noctes commestatum esse
 Noctem in diem vertisse, & con-
 tra &c.
 Ad nimios hauitus alios coëgisse
 Nolentibus vim Intulisse
 Vino victos indignè ac scurriliter
 habuisse



Curam patientis suscepisse, nec
præmonuisse de medio spiri-
tuali

Falta spe

Vilo ægri periculo, non monuisse
Familiam, Parochum.

Præbuisse medicinas temerè, in-
circumspectè.

Et sic ægro nocuisse, Vitam de-
curtasse.

Lucri causa morbum auxisse, ma-
lum peius fecisse

Non diligenter studuisse, & inde
quid mali causatum.

Medicinas illicitas præscripsisse,

Pauperes iuuare noluisse.

Contulisse aliquid ægro contra
salutem animæ.

Plures suscepisse, quam quibus
vacare possem.

Scripsisse superflua, ad ditandos
pharmacopolas.

In.

In medicinis componendis defecisse à præscripto medici

Quid pro quo supposuisse, Vitiatam pro integris

Temerè vendidisse venena, Vendidisse illicita

Induxisse medicum ad taxanda medicinas ultra modum.

PRÆCEPTVM SEX-
tum & Nonum.

NOTA LECTOR.

SVnt qui multos sæpe annos præ pudore subtrahunt, quæ contra hæc præcepta deliquerunt, & sic cum conscientia peccati mortalis, indigno ore sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum percipiunt. Quid hinc sequitur? Desperatio in fine vitæ, & mors sempiterna. O miseri & infelices? Quanto nunc salubrius apud unicum se Sacerdotem, & hunc qui-

dem loco Dei constitutum confundere, quā in extremo illo Dei Iudicio, coram toto mundo confundi & damnari? Itaque tu esto prudentior. Examina te in sequētib; punctis, & in quibus te culpabilem repereris, ea nota sicut nosti. Tum dein sicut occurrerit, inspectis hisce punctis, Sacerdoti sincerē & confidenter manifesta, omnia tuis verbis explicando, quod facile poteris, nec opus erit, ut quicquam scribas.

Cogitationes & delideria

Obletamenta cogitationum

Si ea quæ sita & accersita

Si admissa sine discrimine perlo-
narum

Si ad quæuis mala paratus fueris

Si nocturnis illusionibus assen-
sum præbueris

Causam uè dederis, Promoueris

Amor.

Amor durans, Artes, Philtra ad
 conciliandum amorem
 Dona ad malum finem
 Cantilenæ lasciuæ
 Colloquia, Narrationes lasciuæ
 Literæ & scripta lasciuæ
 Lasciuæ picturæ
 Libri lecti, Possessi, Dati &c.
 Indecoris nudatio.
 Indecoris aspectus
 Non-decentes contactus
 Oscula, Luctæ, & similes petulatiæ
 Pollutiones voluntariæ
 Peccatum cum aliqua persona,
 exprimendo cuius sexus &
 conditionis, vt an libera, Con-
 iugata, Consanguinea, Deo sa-
 cra &c.
 Si vim intulisti
 Si rapuisti è domo paterna
 Si domi pellex, concubina &c.

D s Si

Si quid aliud solus deliquisti

Aut si quid cum alijs

Si alium mala docuisti

Si ad praua incitasti. Iuuisti

Si lenocinando, conciliando, aut
aliter occasionem dedisti alijs

Si pusillos scandalizasti

Si quid in coniugio deliquisti

Si conceptum impediuisti.

Si abortum curasti.

Si quid aliud enorme designasti

Si summum bonum in spurcijs
collocasti

Si totus deditus turpitudini fuisti

Si quod plura mala non potueris
doluisti

Si quid adhuc habes, quod con-
scientiam premat.

Si quid quod haecenus fateri au-
sus non fueris

Qualis contractus Matrimonialis

An

36
An inualidus fortè ob aliquod
impedimentum

Si Sponsalia rescidisti

Si spe Matrimonij credulam de-
cepisti.

Si sensus tuos non refrænasti

Si curiosus fuisti

Si carnem non mortificasti, om-
nia sensualia & delicata ei per-
misisti

Si leuis tuisti in gestibus

Nimis inquietus & incompositus

Garrulus, Vanus, Vagus, Disco-
lus, Effœminatus

Corporis cultui nimium deditus

PRÆCEPTVM
octauum.

Dixisse mendacium in re graui

Et quidem perniciosum

Facilè, leuiter mentitum esse

Iudicialiter Interrogantibus mē-
titum esse

D 6

Falsò

Falsò aliquem accusasse

Inde graue malum ipsi secutum
esse. nempe, &c.

In Iudicio Falsum testimonium
tulisse

Inde malum secutum. nimirum,
&c.

Adulatorem damnosum fuisse

Adulatorijs verbis quibus bonū
malum & contra, ad officia
peruenisse.

Per falsas informationes quædam
obtinuisse nimirum &c.

Agnitam veritatem impugnasse.

Aliorum peccata non manifestas-
se ad correctionem, quando &
cui oportebat.

Secreta aliorum curiose inueti-
gasse. Prodidisse

Inde mala secuta. nimirum &c.

Aliorum peccata legisse & qui-
dem mortalia

Alio-

37
Alicuius literas aperuisse, & quidem magnatum

Falsis literis & sigillis usum esse

Alium in falsandis literis ac sigillis adiuuisse.

Docuisse.

In his intendisse mala, nimirum &c.

PRÆCEPTVM SEPTIMUM & Decimum.

Clam aliquid abstulisse

Abstulisse vi

Aliquid nolenti quouis modo extorsisse

Vbi NB. in his & sequentibus exprimendum esse quantum

Abstulisse aliquid sacrilegè

Bona Ecclesiæ alienasse

Alicuius inualisse

Iura aliorum violasse, & quidem Ecclesiæ

E Liber.

Libertati Ecclesiasticę latis legib.
aut aliter, conatū esse officere.

Piraticam exercuisse

Itinera obsedisse

Innocentilitem intendisse

Cum sumptibus fatigare & per
processus exhaurire cogitasse

Iudicia pecunijs corrupisse

Damnum alijs cauasse

Facto, Dicto, Negligentia

Solum, Cum locijs

Per alios Iubendo, Consulendo

Non impediendo alijsuè modis

Hortos aliorum & agros spoliasse

Aliorum lucrum & commodum
impediuisse

Testamenta malè executum esse

Pro pecunia se ad malum aliquod
conduci permisisse.

Omisisse præstare licitum, ad
quod pecunia accepta fuerat

Frau-

30e
Fraudem fecisse in ludo

Fraudem fecisse in contractu

Vsum esse falsa moneta, Falso
pondere, Vlna, Mensura

Mala merce

Vendidisse prohibita

Vendidisse temerè venena

Pluris vendidisse, minoris emisse,
quam res valebat

Vsuram exercuisse, Apertè, Oc-
cultè

Contractum vsurarium fecisse

Vsurario cohabitasse, eum in pec-
catis iuuando

Vsurario dedisse mutuum ad vsu-
ras exercendas

Illicitum monopolium habuisse

Iniustè acquisita possidere, esto
ab alio acquisita sint

Et quidem sacra, aut bona Eccle-
siæ

Participem fuisse iniuste acqui-
torum

Fures & raptores fouisse, celasse

Ab ijs emisse quæ rapuerant

Illicitis modis ditescere studuisse

Inuenta suis dominis non resti-
tuisse

Bona alijs distribuisse iniquè

In distribuendis præmijs & offi-
cijs iniuste processisse

Indignos promouisse

Vnde mala secuta sunt, nimirum
&c.

Dignis circa promotiones obti-
tisse

Infideliter Domino suo seruiuis-
se, sibi commissa administraisse

Malè pupillis præfuisse

Non sua, alienasse

Officium suum malè adornasse

Debita nimis immisericorditer
exegisse

Cre.

Creditoribus non satisfacisse

Noluisse satisfacere

Eos insuper malè tractasse

Operariorum ac famulorū mercedem defraudasse, Distulisse.

Decimas defraudasse

Decimas alienasse

Defraudasse vectigalia & tributa

In magna caritate annonæ frumenta vendere noluisse

Sine dispensatione habere plura beneficia

Malo animo beneficia suscepisse

Procurasse, Contulisse beneficia indignis, incapacibus

Beneficium emisse, Vendidisse, Permutasse

Alio quoq; modo simoniam exercuisse, nimirum &c.

Alijs in contractu simoniaco cooperatum esse

E 3

Emptum

Emptum beneficium à parenti-
bus habere, & quamdiu

Horas canonicas non persoluisse

Malè & negligenter persoluisse

Non suo quoque tempore

Chorum non frequentasse

Non satisfecisse ijs, quæ beneficiū
exigebat, nempe &c.

Non gestasse habitum, Tonsu-
ramuè clericalem

Gestasse arma, Mutilasse, Mili-
tasse

Miscuisse se suo statui inconueni-
entibus

Nimis esse saecularem, Dissolu-
tum, Vanum

Pro lucro proditorem egisse

Lucri causa peccare paratu fuisse

Per fas nefasque acquirere bona
paratum fuisse

Etiam bona Ecclesiæ

Aliena

40
Aliena illicitè concupiuisse.

Desiderio & voluntate furta &
damna meditatum esse

Cor nimium apposuisse diuitijs

Et curis & bonis temporalibus

Inutiliter sua consumpsisse, lulu,

Comotationibus, Profusioni-
bus &c.

Bella iniusta gessisse

Seruisse in bello iniusto

Alios ad idem traxisse, Suasisse,

Perinde habuisse cui seriretur

Vel Dæmoni pro stipendio

Rapinas exercuisse

Illicitis modis pecunias extorsisse

Concussiones fecisse

Incendijs vacasse

Vastasse & Destruxisse omnia

Vias intutas reddidisse

Miseros angustasse, Tribulasse

E 4 Viduas

Viduas & pupillos contristasse

Militum stipendia defraudasse

Licentiam militarem non coër-
cuisse

Cæca nomina v̄surpasse, quot, &
quamdiu

Inde malum consecutum esse. ni-
mirum &c.

Viliorem legisse militem, quod
minuisssem pecuniam in ante-
cessum datam à Principe.

Fraudulenter allexisse qui se dein-
de redimerent

Hospites meos vexasse, supra
modum grauasse.

Ab vno hospite accepta pecunia
alium grauasse.

Fugisse tempore necessitatis.


De



De his & de omnibus peccatis
meis dico meam culpam, &c.

Ideo precor Beatam Mariam
semper virginem, Beatum Mi-
chaëlem Archangelum, Beatum
Ioannem Baptistam, Sanctos
Apostolos Petrum & Paulum, N.
omnes Sanctos, & te Pater orare
pro me ad Dominum Deum no-
strum

His



His & alijs peccatis & defecti-
bus tuis cum dolore & magna
displicentia propriæ infirmitatis,
confessis ac deploratis, firmum
statue propositum semper emen-
dandi vitam tuam, & in melius
proficiendi. Deinde cum plena
resignatione, & integra volunta-
te offer teipsum in honorem Sal-
uatoris Iesu Christi, in ara cordis
tui holocaustum perpetuum, cor-
pus tuum scilicet & animam ipsi
fideliter committendo: quate-
nus & sic dignè merearis cor-
pus & sanguinem
eius suscipe-
re.


Thom.



Thom. de Kemp. Lib. 4.
imit. cap. 7. num. 4.


Si fecerit homo, quod in se est,
& verè pœnituerit: quotiescunq;
pro venia & gratia ad me accesserit,
Viuo ego, dicit Dominus, qui
nolo mortem peccatoris, sed vt
magis conuertatur & viuat, quoniam
peccatorum suorum non
recordabor amplius, sed
cuncta sibi indulta
erunt.





ORATIO PRÆPARATORIA
ad Confessionem Sacra-
mentalem.

CONDITOR cæli & terræ, Rex
Regum & Dominus dominan-
tium, qui me de nihilo fecisti ad
imaginem & similitudinem tuam,
& me proprio tuo sanguine rede-
misti, quem ego peccator non sum
dignus nominare, nec inuocare, nec
corde cogitare. Te suppliciter de-
precor & humiliter exoro, vt cle-
menter respicias me seruum tuum
nequam. Et miserere mei, qui mi-
serus fuisti mulieri Cananæ, &
Mariæ Magdalenæ: qui pepercisti
Publicano & latroni in Cruce pen-
denti. Tibi confiteor, Pater pijsime,
peccata mea; quæ si volo absconde-
re, non possum tibi Domine: Parce
mihi Christe, quem ego nuper of-
fendi, cogitando, loquendo, ope-
rando,



orando, & in omnibus modis, in quibus ego fragilis homo & peccator peccare potui, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo Domine precor tuam clementiam, qui de cœlo pro mea salute descendisti: qui David à peccati lapsu erexisti, parce mihi Domine: parce mihi Christe, qui Petro te neganti pepercisti. Tu es creator meus, & redemptor meus, Dominus meus, & Saluator meus: Rex meus, & Deus meus. Tu es spes mea & fiducia mea, gubernatio mea, & auxiliatio mea, consolatio mea, & fortitudo mea, defensio mea, & liberatio mea vita mea, salus mea & resurrectio mea, lumen meum & desiderium meum, adiutorium meum & Patrocinium meum: Te deprecor & rogo adiuua me, & saluus ero, gubernata me & defende me: conforta me, & consolare me: Confirma me, & lætifica me, illumina

44
Mina me & visita me : suscita me
mortuum , quia factura & opus
tuum sum. Domine ne despicias
me , quia famulus & seruus tuus
sum quamuis malus , quamuis in-
dignus & peccator : sed qualiscun-
que sim siue bonus siue malus, sem-
per tuus sum. Ad quem ergo fugiam
nisi ad te vadam ? Si tu me eicies,
quis me recipiet ? Si tu me despicias,
quis me aspiciet ? Recognosce me
ergo indignum ad te refugientem,
quamuis sim vilis & immundus:
quia si vilis & immundus sum, po-
tes me mundare: si cæcus sum , po-
tes me illuminare : si infirmus
sum , potes me sanare , si mor-
tuus & sepultus sum , potes me re-
suscitare , quia maior est miseri-
cordia tua , quam iniquitas mea:
maior est pietas tua, quam impietas
mea : plus potes dimittere , quam
ego committere , Et plus parcere
quam ego peccator peccare. Non
F 2 ergo

ergo despicias Domine, neque at-
tendas multitudinem iniquitatum
mearum, sed secundum multitudi-
nem miserationum tuarum misere-
re mei & propitius esto mihi maxi-
mo peccatori: Dic animæ meæ salus
tua ego sum: qui dixisti, nolo mor-
tem peccatoris, sed magis vt con-
uertatur & viuat. Conuerte me Do-
mine ad te, & noli irasci contra me.
Deprecor te clementissime Pater,
propter misericordiam tuam sup-
plico & exoro, vt perducas me ad
bonum finem, & veram pœniten-
tiam puram confessionem & dig-
nam satisfactionem omnium pec-
catorum meorum, Amen.

Oratio ante vel post examen.

O Benignissime Domine IESV
Christe te humiliter oro, ne a-
uertas faciem tuam à me, sed inclina
infinite misericordiam tuam mi-
hi, respice me oculis misericordia
tuæ,

45
tua, quibus respexisti Mariam Mag-
dalenam in conuiuio, Petrum in
atrio, & Latronem in crucis patibu-
lo, da mihi veram recognitionem &
dolorem pro peccatis meis, recipe
me in Paradisum gratiæ tuæ, & laua
me in tuo sanguine, vt tecum vi-
uere possim in sæcula sæculorum,
Amen.

*Oratio ante Confessionem Sacra-
mentalem.*

Suscipe confessionem meam pijs-
sime ac clementissime Domine
Iesu Christe vnica spes salutis ani-
mæ meæ, & da mihi obsecro contri-
tionem cordis, & lacrymas oculis
meis, vt defleam diebus ac noctibus
omnes negligentias meas, cum hu-
militate & puritate cordis. Appro-
pinquet oratio mea in conspectu
tuo Domine. Si iratus fueris contra
me quem adiutorem quæram? quis
miserebitur iniquitatibus meis? Me-

F 3 mento

mento mei Domine, qui i Chana-
næam & Publicanum vocasti ad pœ-
nitentiam & Petrum lacrymantem
suscepisti, Domine Deus, suscipe
preces meas. Saluator mundi, Iesu
bone: qui te crucis morti dedisti, vt
peccatores saluos faceres, respice me
miserum peccatorem, inuocantem
nomen tuum; & noli sic attendere
malum meum, vt obliuiscaris bo-
num tuum, & si commisi vnde me
damnare potes: tu non amisisti, vn-
de saluare soles. Parce ergo mihi, qui
es Saluator meus, & miserere pecca-
trici animæ meæ. Solue vincula eius,
sana vulnera. Domine Iesu, te desi-
dero, te quæro, te volo: ostende mi-
hi faciem tuam, & saluus ero. Emit-
te igitur pijssime Domine, meritis
purissimæ & immaculatæ semper
Virginis Mariæ, & sanctorum tuo-
rum, lucem tuam, & veritatem tuam
in animam meam quæ omnes de-
fectus meos in veritate mihi osten-
dat,

46
dat, quos confiteri me oportet, atq;
iuuet, & doceat ipsos plenè, & con-
trito corde explicare. Qui viuis &
regnas &c.

Oratio post Confessionem.

SIt tibi Domine obsecro meritis
B. Mariæ semper Virginis gene-
tricis tuæ Mariæ & omnium San-
ctorum grata & accepta ista confes-
sio mea: Et quicquid mihi defecit
nunc, & alias de sufficientia Contri-
tionis, de puritate & integritate
confessionis, suppleat pietas, & mi-
sericordia tua, & secundum illam
digneris me habere plenius & per-
fectius absolutum in cælo. Qui vi-
uis & regnas &c.

Oratio de nomine Iesu.

O Bone Iesu, O pijsimè Iesu,
O dulcissime Iesu, O Iesu fili
Mariæ Virginis plene misericordia
& pietate. O dulcis Iesu, secundum
F 4 magnam

magnam misericordiam tuam mi-
serere mei. O clementissime Iesu, te
deprecor per illum sanguinem pre-
tiosum, quem pro peccatoribus ef-
fundere voluisti, vt abluas omnes
iniquitates meas, & in me respicias
miserum, & indignum humiliter ve-
niam petentem, & hoc nomen san-
ctum Iesu inuocantem. O nomen
Iesu, nomen dulce, nomen Iesu, no-
men delectabile, nomen Iesu, no-
men confortans, quid enim est Ie-
sus, nisi Saluator? Ergo Iesu propter
nomen sanctum tuum esto mihi Ie-
sus, & salua me, ne permittas me
damnari, quem tu de nihilo creasti.
O bone Iesu, ne perdat me iniquitas
mea, quem fecit omnipotens boni-
tas tua, O bone Iesu recognosce
quod tuum est, & absterge quod a-
lienum est. O benignissime Iesu mi-
serere mei, dum tempus est miseren-
di, ne damnes me in tempore iudi-
candi. Quę utilitas in sanguine meo,
dum

47
dum descendo in æternā corruptio-
nem? Non mortui laudabunt te
Domine Iesu, neq; omnes qui des-
cendunt in infernum? O amantissi-
me Iesu, O desideratissime Iesu,
O Iesu, Iesu, Iesu, admitte me intrare
in numerum electorum tuorum.
O Iesu salus te credentium, O Iesu
solatium ad te confugientium. O Ie-
su dulcis remissio omnium peccato-
rum. O Iesu fili Mariæ Virginis in-
funde in me gratiam, Sapientiam,
Charitatem, Castitatem & humili-
tatem, vt possim te perfectè diligere,
te laudare, te perfrui, tibi seruire, &
in te gloriari, & omnes qui inuocant
nomen tuum quod est Iesus, Amen.

Oratio ante Communionem.

O Pijssime & benignissime Iesu,
ego indignus peccator trepida
conscientia ad sumendum corporis
& sanguinis tui Sacrosanctum my-
sterium accedere propono. Non
E s. enim

enim de meis meritis præsumens
venio : Sed de tua confidens mise-
ricordia & veniam sperans accur-
ro. Vereor à te Domine elongari
si dimitto , vereor iudicium assu-
mere si accedo. Attrahor per gra-
tiam , retrahor per culpam. Vides
Domine meam iniquitatem , & ti-
meo : confidero tuam immensam
pietatem & spero : Impedit me plus
carnis meæ fragilitas , quam tanti
mysterij delectat charitas, constri-
git tamen huc præcepti necessitas,
impellit summa rei vtilitas. Sed
quam fiducia ego miserrimus ad
hoc accedere audeo , qui vitijs pol-
lutus grauissime sordeo? Sed aman-
tissime Deus recordare creaturæ,
quam creasti, & miserere eius quam
ex nimia charitate prætioso sangui-
ne redemisti. Pænitet enim quod
peccaui, & vtinam magis pæniteret.
Cupio me emendare , desidero me
corrigere, & propono mala pæni-
tus

tus deuitare , quæ prauis impulsus
 desiderijs feci , & per insipientiam
 commisi. Ad quod Clementissime
 Deus adiuua me: quia sine te nihil
 possum facere. Da mihi misericor-
 dissime Deus misero peccatori ve-
 niam potenti, qui tam diu pepercisti
 delinquenti. Non intres in iudi-
 cium cum seruo tuo Domine: quia
 non iustificabitur in conspectu tuo
 omnis viuens. Et si me vitijs & pec-
 catis nosti aggrauatum, recordare
 Domine quod Caro sum, & confi-
 dera me in peccatis conceptum. In
 tuo conspectu etiam cæli non sunt
 mundi , quanto non magis homi-
 nes terreni immundi? Ignosce igitur
 mihi pijsime Domine , quem vi-
 tæ malè transactæ conscientia trepi-
 dum & delictorum meorum recor-
 datio ad mensam tuam accedere,
 facit esse verecundum. At nunc con-
 cede mihi Clementissime Domi-
 ne per huius mysterij sumptionem
 F 6 omnium



omnium peccatorum meorum remissionem, Amen.

Alia Oratio ante Communionem.

Ad mensam dulcissimi conuiuij tui, pie Domine Iesu Christe, ego peccator de proprijs meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia & bonitate, accedere vereor & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem & linguam non cautè custoditam, Ergo, ô pia Deitas, ô tremenda maiestas, ego miser inter angustias depressus, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio: & quem iudicem sustinere nequeo, saluatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo, tibi verecundiam meã detego. Scio peccata mea multa & magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas, quarum non est numerus.

Respice

49

Respice ergo in me oculis misericor-
diæ tuæ, Domine Iesu Christe, Rex
æterne, Deus & homo, crucifixus
propter hominem. Exaudi me spe-
rantem in te: miserere mei, pleni mi-
serijs & peccatis: tu qui fontem mi-
serationis nunquam manare cessa-
bis. Salve salutaris victima, pro me
& omni humano genere in patibu-
lo crucis oblata. Salve nobilis & pre-
tiose Sanguis, de Vulneribus cruci-
fixi Domini mei Iesu Christi proflu-
ens, & peccata totius mundi abluens
Recordare Domine creaturæ tuæ
quam tuo sanguine redemisti. Pœ-
nitet me peccasse: cupio emendare
quod feci. Aufer ergo à me, cle-
mentissime Pater, omnes iniquitates
& peccata mea: vt purificatus mente
& corpore, dignè degustare merear
sancta sanctorum: & concede, vt
sancta prælibatio Corporis & San-
guinis tui, quam indignus sumere
intendo, sit peccatorum meorum
remissio,

remissio, sit delictorū perfecta pur-
gatio, sit turpium cogitationum ef-
fugatio, ac bonorum sensuum rege-
neratio, operumque tibi placentium
salubris efficacia, animæ quoque
& corporis, contra inimicorum
meorum insidias, firmissima tuitio,
Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis

OMnipotens sempiterne Deus,
ecce accedo ad sacramentum
vnigeniti Filij tui Domini nostri Ie-
su Christi: accedo tamquam infir-
mus ad medicum vitæ, immundus
ad fontem misericordiæ, cæcus ad
lumen claritatis æternæ, pauper &
egenus ad Dominum cæli & terræ.
Rogo ergo immensæ largitatis tuæ
abundantiam, quatenus meā curare
digneris infirmitatem, lauare fœdi-
tatem, illuminare cæcitatem, ditare
paupertatem, vestire nuditatem: vt
panem Angelorum, Regem regum,
Domi-

Dominum dominantium, tanta suscipiam reuerentia & humilitate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate & fide, tali proposito & intentione, sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi, quæso, Dominici corporis & sanguinis non solum suscipere sacramentum, sed etiam rem & virtutem sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus vnigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi, quod traxit de virgine Maria, sic suscipere, vt corpori suo mystico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuò contemplari: Qui tecum uiuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum,
 Amen.

Ora-

Orationes post Communionem
dicendæ.

Oratio S. Thomæ de Aquino.

GRatias tibi ago Domine sancte
Pater omnipotēs æterne Deus,
qui me peccatorem, indignum fa-
mulum tuū, nullis meis meritis, sed
sola dignatione misericordiæ tuæ
satiare dignatus es pretioso corpore
& sanguine filij tui Domini nostri
Iesu Christi. Et precor, vt hæc sancta
Communio non sit mihi reatus ad
pœnam sed intercessio salutaris ad
veniam. Sit mihi armatura fidei, &
scutum bonæ voluntatis. Sit vitio-
rum meorum euacuatio, concupi-
scentiæ & libidinis exterminatio,
charitatis & patientiæ, humilitatis &
obedienciæ; omniumque virtutum
augmentatio: contra insidias inimi-
corum omnium, tam visibilium,
quàm inuisibilium, firma defensio:
motuum

motuum meorum, tam carnalium,
 quàm spiritualium, perfecta quieta-
 tio: in te vno ac vero Deo firma ad-
 hæsiō: atque finis mei felix consum-
 matio. Et precor te, vt ad illud inef-
 fabile conuiuium me peccatorem
 perducere digneris: vbi tu cum Filio
 tuo & Spiritu sancto. Sanctis tuis es
 lux vera, satietas plena, gaudium
 sempiternum, iucunditas consum-
 mata & felicitas perfecta. Per eun-
 dem Christum Dominum nostrum,
 Amen.

Alia Oratio S. Bonauenturae.

TRansfige dulcissime Domine
 Iesu medullas & viscera animæ
 meæ suauissimo ac saluberrimo a-
 moris tui vulnere, vera serenaque &
 Apostolica sanctissima charitate, vt
 langueat & liquefiat anima mea solo
 semper amore & desiderio tui, te
 concupiscat, & deficiat in atria tua,
 cupiat dissolui, & esse tecum. Da, vt
 anima

mea, gaudium meum, quies & tran-
 quillitas mea, pax mea, suauitas mea,
 odor meus, dulcedo mea, cibus
 meus, refectio mea, refugium meum,
 auxilium meum, sapientia mea, por-
 tio mea, possessio mea, thesaurus
 meus, in quo fixa & firma & immo-
 biliter semper sit radicata mens mea,
 & cor meum, Amen.

*Rhythmus S. Thomae ad sacram
 Eucharistiam.*

A Doro te deuotè, latens Deitas,
 Quæ sub his figuris verè latitas
 Tibi se cor meum totum subijcit,
 Quia te contemplans, totum deficit.
 Visus, tactus, gustus in te fallitur,
 Sed auditu solo tutò creditur.
 Credo quidquid dixit Dei Filius.
 Nil hoc verbo veritatis verius.
 In cruce latebit sola Deitas,
 At hic latet simul & humanitas:
 Ambo tamen credens atque confi-
 tens,

Peto

Peto quod petiuit latro pœnitens.
Plagas, sicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis viuus, vitam præstans homini:
Præsta meæ menti de te viuere,
Et te illi semper dulce sapere.
Pie Pellicane Iesu Domine,
Me immundum munda tuo san-
guine:
Cuius vna stilla saluum facere.
Totum mundum quit ab omni sce-
lere.
Iesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro fiat illud, quod tam sitio:
Vt te reuelata cernens facie,
Vilu sim beatus tuæ gloriæ, Amen.

*Oratio valdè deuota qua homo se & om-
nia sua Deo offert.*

Domine omnia tua sunt, quæ in
caelo sunt & in terra. Desidero
meipsum


meipsum tibi spontaneam oblatio-
 nem offerre, & tuus perpetuò per-
 manere. Domine in simplicitate cor-
 dis mei offero meipsum tibi hodie
 in seruum sempiternum, in obse-
 quium, & sacrificium laudis perpe-
 tuæ. Suscipe me cum hac sancta ob-
 latione tui pretiosi corporis, quam
 tibi hodie in præsentia Angelorum
 inuisibiliter assistentium offero, vt
 sit pro me, & pro cuncto populo tuo
 in salutem. Domine offero tibi om-
 nia peccata, & delicta mea quæ com-
 misi coram te, & sanctis Angelis tuis,
 à die quo primum peccare potui,
 vsque ad diem hunc, super placabili
 altari tuo, vt omnia pariter incendas
 & comburas igne charitatis tuæ, &
 deleas vniuersas maculas peccato-
 rum meorum, & conscientiam meã
 ab omni delicto emundes, & resti-
 tuas mihi gratiam tuam, quam amisi
 peccando, omnia mihi plenè indul-
 gendo, & in osculum pacis me mise-
 ricor-


ricorditer assumendo. Et quid pos-
sum agere pro peccatis meis, nisi hu-
militer ea confitendo & lamentan-
do, & propitiationem incessanter de-
precando? Deprecor te, exaudi me
propitius, vbi asto corā te Deus me-
us. Omnia peccata mea mihi maxi-
me displicēt; nolo ea amplius vnquā
perpetrare: Sed pro eis doleo, & do-
lebo, quamdiu vixero, paratus pœ-
nitentiam agere, & pro posse satisfa-
cere: Dimitte mihi Deus, Dimitte
mihi peccata mea propter nomen
sanctum tuū, salua animam meam,
quam pretioso sanguine redemisti.
Ecce cōmitto me misericordiæ tuæ,
resigno me in manibus tuis, age me-
cum secundū bonitatē tuam, & non
secundum meam malitiam & iniqui-
tatē. Offero & tibi omnia bona mea,
quamuis valde pauca & imperfecta,
vt tu ea emundes & sanctifices, vt
ea grata habeas, & accepta tibi fa-
cias, & semper ad meliora trahas,
nec


nec non ad beatum & laudabilem fi-
 nem me pigrum & inutilem humū
 cionem perducas. Offero tibi quoq;
 omnia desideria deuotorum necessi-
 tates parentū, amicorum, Fratrum
 sororum, & omnium charorū meo-
 rum, & eorum qui mihi vel alijs pro-
 pter amorem tuum benefecerunt,
 & qui orationes pro se, & suis om-
 nibus dici à me desiderauerunt &
 petierunt, siue in carne adhuc viuāt,
 siue iam sæculo defuncti sint, vt
 omnes sibi auxilium gratiæ tuæ, o-
 pem consolationis, protectionem
 à periculis, liberationem à pœnis
 aduenire sentiant, & vt ab omnibus
 malis erepti gratias tibi magnificas
 læti persoluant. Offero tibi etiā pre-
 ces & hostias placationis pro illis spe-
 cialiter, qui me in aliquo læserunt,
 cōtristauerūt, aut vituperauerūt vel
 aliquod damnū vel grauamen intu-
 lerūt. Pro his quoq; omnibus, quos
 aliquando contristauī, conturbauī,
 gra-

grauaui, & scandalizaui verbis, factis,
scienter & ignoranter, vtnobis om-
nibus pariter indulgeas peccata no-
stra & mutuas offensiones. Aufer
Domine à cordibus nostris, omnem
suspicionem, indignationem, iram
& disceptationem, & quicquid po-
test charitatem lædere, & fraternam
dilectionem minuere. Miserere Do-
mine, misericordiam tuam poscen-
tibus, da gratiam indigentibus, & fac
nos tales existere, vt simus digni
gratia tua perfrui & ad vitam pro-
ficiscamur æternam, Amen.


FINIS.














Leuthee
wer
Mino.
zuta.